

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

35. De methodo Grauitatis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

*et huius copulantur; & variè miscentur, de quo nos alibi finius.*

Secunda est *lividus* exaggeratio rei maximè peradiuncta, cum grauitate orationis, quale est illud. (Facinus est vincere ciuem Romanum scelus verberare; propè parricidium necare: quid dicam igitur in crucem tollere?) Hæc in eodem loco commorans rem expedit, auger, & in summam, quam potest, magnitudinem attollit.

Tertia est *πραγματος* & *χρηστεων επιφυτις*. Rerum, & constitutionum frequentatio, atque corroboratio, cum loco firmissimo, quo tota cauſa continentur, manetur diutius; & codem laepius reditur, qui locus tanquam sanguis per totum corpus orationis diffunditur.

Quarta est *καρκονος ιπηγων ταδην*. factorum, affectuumq; prudens distributio. Vbi totum aliquod in partes exquisitè digeritur, & sigillatim omnia expenduntur, tum variorū affectuum figuris, ut res tulerit contemporantur. Ad summum in locis, & figuris tota amplificatio sita est, de quibus libro septimo dicitur. Hæc est virtus *πραγματος*, qua ad grauitatem, & magnitudinem orationis maximè attinet. Nam eti bieues orationes, nec diffusus circumductæ plus habent aliquando amplitudinis, plenæ ramen illæ, & vobres maiori dignitate prædictæ sunt. Sed caudum maxime, ne amplificationis studio, tum in prolixitate, tum etiam in puerile dicendi genüs delabuntur. Nihil enim ad naufragium excitandam efficacius, quam si res, & communes, & notæ, nec adeo speciosæ, communum locorum, frigidarumque locutionum congerie amplificantur, hoc maximè seculo, in quo aures potius rebus, quam verbis pascuntur.

#### De methodo grauitatis.

#### CAPVT XXXV.

*Longinus* *πριφους* *G*randis oratio in genere quinque rebus constat, quas Longinus *πηγας ουγος τας* *Gravitatis* *γενιμωραται*, fontes grandiloquentia verbi *metaphysus* nominat. *quinq[ue] rebus* *constat*. Prima est, *το περιτος νοηταις αρεταβελον*, quod interpetor, sensum, & intentionem vim, prudentiam, sagacitatem, fecunditatem. Qualis est in Homero, Demosthene, & Cicero, que virtus maximè ex bonitate ingenij dependet.

Secunda, *το διπονης στρατεινον ταδην*, vehemens, acris, & furore quadam incitata affectio, in quo errant, qui furorem tantum Poetarum esse dicunt. Nam ad graues illos quoque, & vehementes oratores pertinet. Tertius & ille Galba, qui cum cauſam meditaretur, plerumque ita incendebat animo, ut vis caloris in corpus redundaret, & vultu rubore perfuso, scintillantibus oculis, quasi a sensibus abreptus, seruos etiam literatos operis administratos in isto animi impetu multaret. Quamobrem vehementer apti sunt ad eloquentiam, qui faciles sunt ad suscipiendas rerum imagines, & ad conseruandas tenaces, iisdem vehementer afficiuntur: facetus ipse Cicerone sibi peroratiois impetu quodam mentis fluere.

Tertia, est in temperie figurarum, earumque illustris, vt Descriptionis, Amplificationis, Iurisfundi, Interrogationis, Parabolam, Icounum, &c. quæ commemorantur à Longino.

Quarta est, *γενεια φρασις*, dictio generosa, & grauibus tropis, non tamen affectatis, aut violentis illuminata, sed grandis, simplex, rotunda, a puerili cultu aliena.

Quinta, est *ουδικη διογετων*, compositionis, & numerus, atque is etiam affectationis experts, & plerumque de industria incuriosus.

#### De pulchritudine & suavitate stylis.

#### CAPVT XXXVI.

Pulchritudo, quæ *καλη*, & *επικαλη* *Pulchritudo* *in style* *dicitur ab Hermogene, est singulari ora-* *tionis partium, cum coloris suavitate concin-* *nitas. Laxius Hermogenes, καλη οντι-* *νων τοις λογιας χρισις μεταν ην, τοις παν-* *ταν τοις ποιησιων τας ηται αντις πατας, σινο-* *σινοις, μετοιων, λεπτων, τον λοιπον ενδεμο-* *σον, και σύμμετον, μετα την έμφασιν οντι-* *νων τοις λογιας ποιησιης, ηδης, μας πρεσβο-* *σης την θεα, και διετονης τη σωματικη ρεων.* *Ex quo intelligas duo essi genera pulchritudi-* *Pulch. du-* *nis. Est enim unum omnibus sui partibus con-* *genera,* *cinnum, atque aptum; utpote sententijs, cari-* *tratione, verbis, ornamenti, membris, co-* *positione, clausula, numero: Alterum est com-* *putum; & comparatum, quod utriusque* *μετρισμis* *dici.*

O 3 dici.